



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Praecipvarvm In comitiis
Ratisponensibus tractataru[m], & quibus nunc
potissimu[m] exagitur Christi fides & religio, diligens, &
luculenta explicatio**

Pighius, Albertus

Parisiis, 1549

III. De Eucharistia, an in ea maneant panis viniq[ue] substa[n]tiaae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29467

dora ac catholica, & aduersariorum sententia contraria qua
tis breuiter, ita tamen explicata est, vt nihil reformidet æqui
iudicis iudicium: imò, vt pene audeat, aduersariorum appel
lue sententiam.

De humanis traditionibus, quæ in apologia hic dicunt fal
sa, & impia, vt pene nusquam apud ipsos non recurrunt, ita
proprio loco semel excutienda sunt, in quem, & hæc, & vni
uersa, quæ interim occurrent huius loci, (ne more ipsorum
idem repetamus bis decies) referuanda sunt.

DE EUCHARI STIAE SACRAMENTO.

*an in ea maneat panis, vi
niquæ substantiæ. Con
trouersia. III.*

*Proponuntur capita
controuer
siarum omni
um, quæ cir
ca Eucha
ristiã sunt
inter aduer
sarios, &
catholicos*



Ametsi nullum Christianæ religio
nis ac doctrinæ dogmatum om
nium, absit longius a captu huma
næ rationis colligatæ sensibus, vno
eo, quod est de sacramento Eucha
ristiæ: nullum, plura secum trahat, &
includat stupenda, & miracula: nul
lum, quod tantum negotij in sui
fide rationi exhibeat: Aequè tamen
nullum omnium minus patuit hæ
reticorum vexationibus, blasphemis, & iniuris: hoc ita ordi
nate diuina erga nos misericordia. Quæ in vno hoc maxi
me omnium, & singulariter, suam erga nos charitatem com
mendauit: suæ in nos gratiæ dona copiosissime effudit: in
vno singulari quodam modo operatur in nobis, vis illa obla
te pro nobis in ara crucis, salutaris illius hostiæ, & effusi pre
ciosissimi sanguinis: quo, in eo, non solum utcunque asper
gimur, imò toti tingimur, & immergimur, imò pascimur, &

*Vt de vno
omni E
charistiæ
sacramen
to minus
controuer
sia fuerit
in ecclesia,*

reficimur, atq; illi nostro capiti mirabili quodam, stupendo
que modo, etiam substantialiter unimur: vt non immerito
inter omnia, quæ salutis assequendæ media, diuina nobis
fericordia instituit, vnum omnium, Eucharistiæ, hoc est, bonæ
gratiæ, sibi nomen vendicauerit.

Vt primū Berengarius de Eucharistia impie sentit. Itaq; ad Berengarium vsq; quendam Andegauenfis eccle-
siæ archidiaconum, (cuius impietas, sub Leone eius nomi-
no, anno quinquagesimo primo, supra millesimū Versell
atq; etiam Tirronen. conciliis damnata est) nullū omnia
de ea hæresis legitur. Sed omnium, tam orthodoxorum, q̄ he-
ricorum, eò vsq; vna hæc semper fides extitit, nempe, coe-
tis in mensa dominica per sacerdotum ministerium, panis
vino, diuina virtute verti eorū substantias in Christi corpus
sanguinē. Opinor, propter tā clara Christi verba, quæ de
būtur ab Euāgelistis, & Apostolo. Quippe, quæ nouissima
na, accepto, & benedicto pane, distribuisse discipulis sacra-
tum sub asseruatione, & contestatione, cōsonenter & con-
stanter affirmāt. Accipite, & māducate: hoc est enim corpus
meū, quod pro vobis tradetur. Similiter de calice. Beberet
hoc omnes, hic est sanguis meus noui testamēti, qui vobis
fundetur in remissione peccatorū. Accepit panē, & vini cali-
cē. At post benedictionē, hoc ipsum quod prorexit discipulis
affirmavit esse suū corpus, & sanguinē: nec affirmationi ver-
tas defuit. Vnde euidenter cōsequēs est. Illud ipsum, nō potest
simul panē, & vinū. Cū euidentē contradictionē implicet, ali-
qua essentialiter, & substantialiter diuersa, atq; eadē, simul
esse essentialiter & substantialiter eadē: vt quod bos, & alius
vtrūq; manēs quod erat, vinū nihilominus sit alterū. Ex quo
axiomate, per se euidenti, & mentibus omnium, quibus minus
aliquid superest, naturaliter inscripto, Christi verbis ante con-
firmissime credentes, eatenus orthodoxi, omnes intellexit
consecratione perfecta sacerdotali ministerio, diuina virtute
transsumi, & verti propositas illic panis, viniq; substantias, in
corpus Christi, & sanguinē. Quam, vnā eatenus omnium senten-
tiam, primus ille homo (quod scripta eius palā loquuntur) pe-
merarius, & arrogans, nulla scripturarū doctrina solida mō-
strata, sed garrulitate, & loquacitate quadam dialectica, aut so-
phistica verius tumēs, ac sibi placēs, nominis & gloriæ cupidus
impugnare, & apud suos docere cōepit, post cōsecrationē pa-
nis & vini in altari, æque vt prius, remanere eorundē substantias

Catholica sententia de Eucharistia. Cur crediderint sententiam per omnes transsumi, aut substantiam panis & vini substantias.

tias, Christi vero carnē, & sanguinē propterea vocari, quod in memoriā crucifixæ carnis eius, & de latere effusi sanguinis in ecclesia celebrētur. Sed nimis impudēs novitas, aduersus tā consonā toto orbe, tot seculorum cōsensione firmatā catholice ecclesie sententiam, sectatores non inuenit: adeo. vt etiā idem ille Berengarius, in publico concilio, suam ipse impietatem illam recantare, & anathematizare coactus fuerit.

At aliquot quod post seculis Anglus quidam, Ioannes Viclefus, & alter eiusdem nominis Hussita. illius discipulus, nouitatis captatores, inter alia quā plurima impia, & hæretica dogmata sua, quæ merito damnata in Constantiensi concilio, in ecclesiam ntro ducere conati sunt: etiam hoc asseruerunt, in Eucharistia permanere panis, & vini substantias: & nihilominus in eadem, esse veritatem corporis Christi & sanguinis. Quorum sententiā, etiam Luthero placuit. Cui quidem contra apertissima, & clarissima Christi verba, negare in ea verum Christi corpus & sanguinem, visum non est: at contempto illo, quod supra diximus, euidenti, & per se notio axiomate, panem manentem quod prius fuit, fieri, & esse verum Christi corpus, & vinū sanguinem affirmat: tam sane probabiliter, ac si hominem, lapidem: aut lignum diceret: illorum diuinique, vere consistente sibi ratione sua propria. Ex cuius sententiā, (vt quæ libertatem proponit omnibus, & docet sentiendi de dogmatibus doctrinæ Christianæ quod cuiusque ex scripturis visum fuerit, quas quisque suo ingenio intelligat) etiam Oecolampadij, Zuinglij, sacramentarij. atque eiusmodi pestes, hac in re illo pestilentiores prodire, Neque enim omnes in vna Lutheri sententiā, acquiescere digentur, nec eodem loco subsistere. Quemadmodum adhuc singulis diebus prodeunt, qui in dicta Lutheri opinione, velut ceratim cōmimiscuntur, quisque præ alio absurdius aliquid, vt quibus, eo vsque in Eucharistia manet corporis Christi, & sanguinis veritas, quo ab ipsis videtur: tam certo, his de rebus, ex suo capite statuere, ac definire audentes, ac si ex ipso scripto, & sententiā, vniuersa ageret Christus, & diuinus ille spiritus.

*Berengarius
palinodia.*

Viclefus

Hussita

sententiæ

manere in

Eucharistia

panis

et vini sub

stantias, cū

Christi cor

poris, &

sanguinis.

Lutherus

scipulus.

Ex Luthero

sententiā

quæ pestes

prodire.

Neque enim

omnes in vna

Lutheri sententiā,

acquiescere

digentur,

nec eodem loco

V tomne

nobis

sciaman

ferant.

Sed nec Lutherus, in dicta Viclefi. & Hussitæ, impia acquiescit sententiā, quinimo, noua, quod illis adderet, impietatis plurimum inuenit, vt vna hac re ingeniosus est. Siu

dem non vult Eucharistiam habere posse rationem facti
 vt quæ ad hoc instituta non sit, ut ipsam offeramus deo,
 quicquã valere possit, velut ex opere operato, vili pro
 offertur, sed tantum iis qui ipsam participant ex fide
 quam assequantur, sumentibus promissam in eadem, remi
 nis peccatorum & iustificationis gratiam. Qua in re
 concordēs discipulos suos, nostros aduersarios habet,
 velut coniuncta manu, horrendis blasphemis missas nullo

*Vt missas nostras pro
 scindat ac
 lacerent.
 Vt priua-
 ras execre-
 tur.* profcindunt, ac lacerant, quod in eis Eucharistiam sacrifici
 faciamus: quod eam offeramus pro salute ecclesiæ: pro
 & mortuis. Qua præcipue de causa, etiam vtrunque cano
 ex missa expunxerunt. Missas proinde priuatas, in quibus
 lus sacerdos offerat, & communicet, execrantur, velut facti
 contra institutionem Christi: vt quas ille communionem
 tum populi causa celebrari instituit: solas relinquentes, pri
 cas, ad vnã communionẽ populi, sine qua missam celebrare
 nefas volunt.

Sed & in ipsa communionẽ populi, locum impiis facti
 inuentionibus, ac nouitatibus inuenerunt: vt quam docet
 Christi mandato, atque institutione, necessario sub vtraque
 specie fieri oportere. Et damnant Romanam ecclesiã, & no
 illi consentientes, tanquam pugnantem cum Christo, quod
 panis tantum specie communicamus populum.

*Vt populi
 communio
 nẽ sub v-
 traque spe-
 cie necessa-
 riam do-
 ceant.* Quin & hoc ad dei irrisionem pertinere contendunt, quod
 Christum adoramus, atque illi supplicamus in Eucharistia
 cum omni honoris, & reuerentiæ significatione, atque
 bitione eandem ingeramus populo, in qua, et si verè, &
 tẽr illum præsentem non negant, non tamen ad hoc
 volunt, vt in ea adorerur, aut ipsi supplicetur, sed vt in ea
 matur, & manducetur Christus. De quo, tamen in confessione
 ne sua nihil dixerint, hic tamen præterire visum nõ est, quod
 & communis sit illorum omniũ, & plena blasphemia, & ma
 ximi scandali dissensionisque à nobis, ista sententia.

*Vt dei irri-
 sioni d. pu-
 tent quod
 Christum
 adoremus
 in Eucha-
 ristia.* Hæc sunt præcipua capita controuersiarum inter aduersa-
 rios: & nos, sacramentum Eucharistiæ concernentium.
 Quæ tamen in confessione sua à se lôgè disiunxerunt, vbi
 tamen est, breuitatis & claritatis gratia easdem excutere
 ordine, à prima facientes initium.

*Nõ rema-
 nere in eu-
 charistia.* Non remanere in Eucharistia panis vini que substantia
 ex Christi verbis clarissimè constare, si illis aduersariis
 assentiantur.

axioma illud per se euidens, & mentibus omnium naturali-
 ter inscriptum, quibus tamen mentis aliquid super est: Fieri
 non posse, vt sint aliqua essentialiter, & substantialiter di-
 uersa: atque eadem simul, essentialiter, & substantialiter eadē,
 patulo ante euidens fecimus. Nam quando ex Christi verbis
 constat, hoc quod distribuit discipulis, fuisse verum Christi
 corpus, & sanguinem, ex dicto axioma constat, idem simul
 non fuisse panem, & vinum. Cui sententię, si demonstraueri-
 mus subscribere fidem catholicę ab initio per orbem eccle-
 się, nec nuper excogitatum, & introductam à scholasticis, vt
 ille sibi falsissimo persuadet, non puto dubitaturum quen-
 quam, qui modo mentis & rationis compos est hanc ne, an
 potius illius ipsi rationis euidentię, atque adeo primo princi-
 pio aduersantem sententiã, qua affirmat panem remanen-
 tem quod fuit, esse nihilominus vere Christi corpus: vinum
 sanguinem.

In primis, quod ante annos quingentos (quo tempore pri-
 mus ille Beręgarius impietatis suę veneno catholicam eccle-
 się fidem de Eucharistia inficere conatus est) ea fuerit toto
 orbe vna, & consentiens fides, & sententiã, euidenter cõuin-
 ctur ex Lãfrãci Cantuarian. Archiepiscopi, viri non minus
 pietate, quã eruditione singulari, qualem ea ferebant secula,
 insignis ad eundē Beręgarium epistola: Si quidem doctrinã
 nouitate etiã perlata in Angliã, nõ potuit orthodoxus, &
 catholicus Episcopus suo deesse officio, sed illã scripto (cum
 terrarum, mariumq; immensis diuisi spatiis non posset corã)
 vocare conatus est ad mentem sanã, & fidem catholicã. Eadē
 illi ante omnia proponens, & ad memoriã reuocans, & quã
 tunc erat, & eatenus ab initio fuerat, catholicã toto orbe ec-
 clesię. Que, inquit, credit terrenas illas substãtias, quę in mē-
 sa dominica per sacerdotale ministeriũ diuinitus sanctificari
 tur, ineffabiliter, incomprehensibiliter, & mirabiliter operan-
 te superna potentia, conuertit in essentiã dominici corporis,
 & sanguinis, reseruat ipsarum rerum speciebus, & qualitati-
 bus. Ne videlicet, in proprio illo suo modo, ac genere ea per-
 cipietes Christi fideles, cruda & crueta horresceret: vt & cre-
 detes, fidei premia ampliora perciperet: ipso nihilominus do-
 minico corpore, permanente in cœlestib; ad dextrã patris, in-
 uiolato, integro incõtaminato, illeso: nempe impassibili, &
 immortali. Vt verè vtrunq; dici possit, & ipsum corp; quod

*charistia
 panis vi-
 niq; substã
 tias.*

*Quã fidẽ
 catholice
 ecclesię Lã
 frãcus pro-
 tulerit ad-
 uersus Be-
 ręgarium.*

DE EUCHARISTIÆ SACRA.

de virgine sumptū est, atq; ipsum sanguinem, qui in aratro
 cis pro nobis effusus est, sub speciebus panis, & vini nos facit
 re: & quodammodo non ipsum: Ipsum quidem, quantum ad
 vere utriusque nature essentialitatem, proprietatem, & virtutem
 ipsum autem, si modum illum ineffabilem spectes, quod
 alienis speciebus mirabiliter, & incomprehensibiliter laudat.
 Hæc, inquit, fides est, quam tenuit à priscis temporibus, & nunc
 tenet ecclesia, quæ per totum orbem diffusa, catholica non
 natur. Hanc Latinos, hæc Græcos, hanc Armenos magno re-
 sensu sequi affirmat. Et quod verissimè hæc affirmet, certum
 intelliges, si ex præcedentibus ipsum, & ex aliis orbis terrarum
 gionibus, & cardinibus, orthodoxorum patrum, ea ipsa de
 scruteris testimonia.

Theophylactus ille, Bulgatorum episcopus, aliquot sæcula
 ante dictos Lanfrancum, & Berengarium, exponens illud
 Ioannis. Panis quem ego dabo, caro mea est quam ego do-
 bo pro mundi vita. Atten de, inquit, quod panis, qui à nobis
 in mysteriis manducatur, non est tantum figuratio quæ-
 dam carnis domini, sed ipsa caro domini. Non enim dicitur
 Panis, quem ego dabo, figura est carnis. Transformatur enim
 arcanis verbis, panis ille, per mysticam benedictionem, & ac-
 cessionem spiritus sancti, in carnem domini. Et ne quem con-
 turber, quod credendus sit panis, caro, hoc est, factus carnis.
 Etiam in carne ambulante domino, & ex pane alimoniam il-
 mittente, panis ille, qui manducabatur, in corpus eius muta-
 batur, & similis fiebat sanctæ eius carni, & in augmentum, &
 sustentationem conferebat, iuxta humanum morem. Atque
 & nunc panis in carnem domini mutatur. Et quomodo, in-
 quit, non apparet nobis caro: sed panis? Ve non abhorre-
 mus ab eius esu. Nam siquidem caro apparuisset, insuamur
 affecti essemus erga communionem. Nunc autem condubi-
 tante domino nostræ infirmitati, talis apparet nobis mysti-
 cus cibus, qualibus alioqui assueti sumus. Hæc ille Bulgato-
 rum Episcopus, non Romanus, aut Latinus, sed Græcus, sex-
 centis circiter annis ante Berengarium & Vercellen. Con-
 cilium. Floruit enim sub Nicolao primo Romano Pontifice
 tempore octavi concilij vniuersalis, Quo referente in octavo
 eo seculo, hoc est, ante annos circiter octingentos, de sacra-
 mento Eucharistiæ idem credidisse Græciam, Thraciam, Bul-
 gariam, quod Lanfrancus ex Anglia, aduersus Berengarium
 etc.

affirma
 to orb
 & quo
 diuina
 & vin
 Cuius
 alio se
 nam, v
 gem, p
 uersa p
 bus qu
 explic
 orthod
 lenissi
 uer n
 ne hilt
 Si i
 nia qua
 ter: ha
 uersa p
 coeli, &
 qua, igr
 da fun
 homo,
 nibus,
 panem
 sanguin
 fecit d
 tus san
 potest
 dicte sa
 die Gab
 tus alti
 Quom
 Christi
 supra s
 vnum
 sup Lee
 primo
 nota, e
 pascen

affirmavit, & suo illo seculo creditum fuisse & catholica toto orbe ecclesia, Latinis, Græcis, Armeniis, omnibus denique & quod, etiam ante sua secula, à priscis temporibus: Nempè diuina virtute mutari, transformariq; panem in corpus Christi & vinum in sanguinem.

Cuius, & alium testem audi, ex alio orbis terræ cardine, & alio seculo, æque tamen Græcum, Ioannem illum Damascenam, vita, eruditioneque admirabilem, & insignem Theologum, Qui suo illo tempore, in medio Oriente habitans, vniuersa penè Christianæ religionis dogmata, & sententias, libris quatuor, quos inscripsit de fide orthodoxa, doctissime explicat, lib. 4. eius cap. 14, etiam de Eucharistiæ sacramento orthodoxam catholicæ ecclesiæ fidem piè admodum, & luculentissimè enarravit De eo vero, quod nunc contouertitur inter nos & aduersarios: ita habet, post explicatam sacræ eorum historiam.

Si igitur verbum, inquit, dei, est viuum & efficax, & omnia quæcunque voluit deus fecit: si dixit, fiat lux, & facta est lux: fiat firmamentum, & factum est: si verbo dei firmati sunt cæli, & spiritu oris, omnis virtus eorum: si cælum, terra, aqua, ignis & aër, & omnis ornatus eorum, verbo Dei perfecta sunt, & homo ipse, si volens ipse deus verbum, factus est homo, & ex sancte virginis purissimis & illibatissimis sanguinibus, in seipso, sine semine, carnem sustentauit, non potest panem, suum ipsius corpus facere, & vinum atque aquam sanguinem? Et post aliqua. Nam quemadmodum omnia, quæ fecit deus, spiritu sancto cooperante fecit, sic & nunc, spiritus sancti operatione hæc supra naturam operatur: quæ non potest cognoscere, nisi sola fides. Quomodo fiet mihi istud, dicit sancta virgo, quoniam virum non cognosco? Respondit Gabriel Archangelus, Spiritus S. superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Itaque si & nunc interrogas. Quomodo panis sit corpus Christi, & vinum & aqua sanguis Christi? Respondeo & ego tibi, Spiritus S. obumbrat, & hæc supra sermonem & intelligentiam operatur. Panis autem, & vinum transsumuntur. Hactenus Damascenus ille, qui vixit sub Leone primo, Imperatore Constantinopolitano, à quo primo bellum illatum est diuorū imaginibus, & orthodoxis mota, eam ob rem grauissima persecutio, cuius idè iste Damascenus expers non extitit. Quo teste, ex medio oriente au-

dis, quæ & eo seculo fides fuerit catholica ecclesiarum: eandem nempe audis, quam aduersum Berengarium exponente Latino franco audisti. Non solum, verum in ea corpus, & sanguis domini nos fumere, sed etiam transsumi panem & vinum, & transmutari in corpus eius, & sanguinem: atque adeo panem esse Christi corpus, & vinum sanguinem, nec remanere id quod prius fuerunt, tamen si remaneant species.

Quam D.
Ambrosius

Eiusdem fidei catholica, & alter testis accedat, omni exceptione maior, etiam ex alio, priorique adhuc seculo, & ex scriptura, vbi tunc, absque vlla dubitatione viguisse sinceram veritatem religionis, & fidei, nec aduersarij quidem negare poterunt. Ille inquam sacer Ambrosius. Quem audi quia ipse hoc didicerat in catholica ecclesia, & quam doceat imitandos, & nouitios in fide.

Hic in sermone de mysterijs fidei ad Neophytos, facta huius sacramenti collatione ad suam figuram in illa ecclesia veteri, ad manna nempe, potiolem lucem, quam vmbra, veritatem, quam figuram: corpus authoris quam manna de celo demonstrans: & deinde sibi ipsi, velut ex persona Neophytorum, humanæ apparentiæ, & incredulitatis in contrarium argumenta obiiciens, forte inquit, dicas, aliud video. Quomodo tu asseris mihi, quod corpus Christi accipiam? Huiusmodi argumentis, non esse ibi hoc illud corpus, quod, formatum natura, sed quod consecrauit benedictio, quodque ea ipsi, etiam mutari possit natura, demonstrare conatur. Virgam, inquit, tenebat Moyses, proiecit eam, & facta est serpens: rursusprehendit caudam serpentis, & in virgæ naturam reuertitur. Vides igitur prophetica gratia, bis mutata esse naturam, & serpentis, & virgæ? Currebant Aegypti flumina, puro aquarum metu, & subito de fontium venis sanguis cœpit erumpere. Non erat potus in fluuijs, rursus ad prophetæ vocem cessauit cœtus fluminum: & aquarum natura remeauit. Ex quibus, atque alijs eiusmodi miraculis, quæ ineffabili diuinitatis operatione facta sunt, enarratis, concludens maioris virtutis esse gratiam, quam naturam, si ea tam mirabilia operata est, ad humanæ voluntatis arbitrium, vult, utique meminem dubitare debere, de diuinæ consecrationis vi & efficacia, vbi verbi ipsius domini saluatoris operantur. Nam sacramentum, inquit, illud, quod accipis, Christi sermone conficitur. Quod si valuit, tantum sermo Eliæ, ut ignem de celo deuocaret, non

valeret

valebit Christi sermo, vt species mutet elementorum? De ro-
 tus mundi operibus legisti, quia ipse dixit, & facta sunt, ipse
 mandauit, & creata sunt. Sermo ergo Christi, qui potuit ex
 nihilo facere quod non erat, nō potest ea quæ sunt, in id mu-
 rare quod non erāt? Non enim minus est, nouas rebus dare,
 quam mutare naturas. Subiungens non esse hic respiciendum
 ad naturæ ordinem, quando hoc corpus quod consecrando
 conficimus, præter ordinem naturæ sit natum ex virgine. Au-
 dis, quam & hic fidem catholicam doceat imitandos in fide:
 non equidem tropis, aut citumlocutionibus, sed planissimo
 quatum fieri potuit, apertissimōq; sermone. Audis in hoc sa-
 cramento, non solum corpus Christi & sanguinem, sed etiā
 ineffabili dei potētia, mutari naturas panis & vini, in id quod
 non erant, hoc est, in corpus Christi & sanguinem. Quod po-
 teriores haud insignificāter transubstātiari dixerunt, nouo
 quidem vocabulo, sed antiqua catholicæ fidei sententia. Eā-
 dem sententiam etiā libro quarto, de sacramentis clarissi-
 mas verbis explicat, vbi que verbi diuini ad conuertendas na-
 turas, panis in corpus, vini in sanguinem Christi, potentiam
 atque efficaciam asserens.

Intelligis proinde, nihil mentitum illum Lanfrancum, cum
 diceret aduersus Berēgarium, fidem catholicæ in vniuersum
 orbem diffusæ ecclesiæ, non solum suo illo seculo, sed etiā
 ætatis temporibus, hoc tenuisse, & tenere, terrenas illas sub-
 stantias, quæ in mensa dominica per sacerdotale ministerium
 diuinitus sanctificantur, ineffabiliter, incomprehensibiliter,
 & mirabiliter operāte superna potentia, conuerti in essentiā
 dominici corporis, & sanguinis: reseruatīs ipsarum rerū spe-
 cies, & qualitatibus, Quæ eadem fides, etiā post illū Be-
 rengarium permanst ad nostra vsque tempora. Quam etiā
 Lateranensis concilij generalis, quod anno. M. c. c. x. v. sub
 Innocentio. i. i. celebratum est, aduersus hæreticorū profa-
 nas, impiasque nouationes, definitio asseruit, & sui velut chi-
 rographi testimonio consignauit in hæc verba.

Vna est fidelium vniuersalis ecclesia, extra quam, nullus
 saluatur omnino. In qua, idem ipse sacerdos est, & sacrificiū,
 Christus Iesus, cuius corpus, & sanguis in sacramento altaris
 sub speciebus panis & vini, veraciter continentur: transub-
 stantiatīs pane in corpus, & vino in sanguinem, potestate di-
 uina. In tam clara luce fidei, catholicæ per orbem ecclesiæ,
 o iij

*Transub-
stantiatio-
nis nouum
vocabulū,
sed anti-
quam ca-
tholicæ ec-
clesiæ sen-
tentiā ex-
plicans.*

*Definitio
Lateranē-
sis concilij
de præsen-
ti cōtrouer-
sia, sub In-
nocentio. i.*

quam vnā, certā atque infallibilem orthodoxæ veritatis regulam; nam, veræ scripturarum intelligentiæ, amulsi, monstrauimus controuersia proxima: stupendum sane, & miserandum est, ita cæcutire aduersarios, vt malint vni Luthero, etiam contra euidētem rationis lucem, & planè impossibilia, & pugnantiā, ex suo cerebro statuenti credere, affirmatque in sacramento Eucharistiæ non solū re vera esse & permanere, panis viniq; substantias, imò, esse has verum Christi corpus & sanguinem, quā cum catholica Christi ecclesiā absque vlla absurditate & pugnantiā, mutari, veri, transubstantiariq; easdem in corpus Christi, & sanguinem.

Sed cupimus, vt diligenter secum perpendant, quem annos mille trecentos, doctissimus ille Origenes, nobis denouerit hæreticum, cui in regno dei pars esse non possit. Ita enim in epistolam ad Titum, tractans illud Apostoli. Hereticum hominem post vnā, & alteram correptionem deservit, quoniam peruersus est, qui est eiusmodi, & proprio iudicio condemnatus. eundem nobis describit (vt est legentibus

Hereticus apologia B. Pamphili martyris: desiderantur enim dicta eius a nobis commentarij. Hereticus, inquit, nobis habendus est quis definitur omnis ille, qui Christo se credere proficitur, & aliud de veritate Christianæ fidei credit, quā habeat definitio traditionis ecclesiasticæ. Quod si hic est hæreticus, qui Christi nomen professus aliud credit de veritate Christianæ fidei, qui habeat definitio traditionis ecclesiasticæ & iam dudum euidētem illis definitionem ecclesiasticæ traditionis secum de substantiis panis, & vini post consecrationem in Eucharistia. Ipsimet ex præmissis conclusionem faciant, & suum errorem humiliter agnoscetes, reuertantur ad vnitatem catholicæ ecclesiæ, extra quam nulli salus est.

conclusio,
 De